des. Cui rex respondit: quomodo possum congratulari, cum undique in vidam morte
imminere. Hec dixit quia putavit se a rege occidi. Tunc rex
fecit illum vestibus indui et dixit se tali et pari racione congratulari cum
consule mortis quamquam sciret sibi imminere periculum. Huius itaque per ordi
nem dicens rex ille cum fratre suo conversi ad deum multa bona operati
sunt in domino nostro iesu christo. Possumus ista ad spiritualem sensum retorque
re. Buccinatores sunt predicatores qui dampnum anime nunciant. Primus
ensis est timor mortis naturalis. Secundus est recordacio peccatorum preteritorum.
O quam timenda sunt peccata. Nam si angelus unum commiteret diabolus
statim fieret. Tercius est timor iudicii districti. Quartus et ulti
mus ensis est timor eterne dampnacionis et inferni. Unde in Ecclesiastico:
Memento novissima tua et in eternum non peccabis. De
Quidam sacerdos pagano qui ad deum conversus est.
celebravit missam ex altera parte maris. Et quidam paganus
audivit illum legentem in ewangelio: Amen dico vobis quod vos qui reliquistis
omnia et secuti estis me, centuplum accipietis etc. Post missam Exemplum c.
requisivit ille a sacerdote quid in ewangelio legisset, et exposuit illi Accipietis
ewangelium dicens quod quicumque quidquid pro servicio deo impenso post hanc vitam
recipiet et vitam eternam possidebit. Hoc audito paganus conversus
et baptismum recepit dicens: ergo et ego omnia mea dabo pro
deo ut centuplum recipiam et vitam eternam possideam. Omniaque
sua dispersit et dedit et dedit pauperibus et in fide firma et actio
ne bona mortuus est. Tunc filii illius venientes ad sacerdotem
illum angariantes eum pro pecunia patris putantes rehabere
iam cum fructu centuplato. Sed sacerdos ait: Ite ad tumulum
patris vestri inquirentes si sit ei persoluta pecunia sua sicut ei
promisi an non. Illi autem statim effodiunt illum et invenerunt in
manu illius cartam in qua scriptum fuit quod sicut ille sacerdos promisit
ita remuneratus esset et multo maiora quam ex promissione audi
erat recepisset. Quod beatus Benedictus dyabolum vidit scribere peccata hominis.